Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35041
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

suadendo fidem facimus: fere dictu est.

Capitulum octauum de numero ciuitatum in specie et finibus earum

Ceterum ad p̄ suadendum bene ac consulendum illud est omni maximum atque premissimum: ut ceteris publicarum species omnes prostamus: et qui mores: que leges: que comoda vniuique sint distinguamus. Cuncta enim utilitas persuadet: utile autem est: quod ciuitate conseruat et tutat. Ad hec principantium sentencia rata est. Principantes vero distinctione ciuitatum distribuuntur. Tot enim sunt principantes: quot ciuitates. Quare cum quatuor ciuitates sint: populi: paucorum: optimatum: vnius: quod principatus ac iudicat: vel pars aliqua horum: vel vniuersum erit. Populus igitur est ciuitas in qua sorte magistratus declarantur. Paucorum vero potestas in qua tenetur. Optimatum autem in qua qui disciplina excelluntur: p̄ principantur. Appello autem disciplinam: que legibus posita est. Imo nam qui legibus semper temperarunt: ij optimi videntur: ac in huiusmodi ciuitate ceteri pacuntur: a quibus et nomen ciuitas sortita est. Monarchia vero est: ut vel nomen ipsum ostendit: in qua vnus omnium dominus est. Hec si ordine quodam constituta est: regnum: in ordinata vero tyrannis appellatur. Cum igitur ea eligantur: que ad finem sunt: non oportet vniuscuiusque finem ignorare. Popularis ergo status finis libertas est. Paucorum vero diuitie. Optimatum autem: que ad disciplinam et ad leges pertinent. Tyrannidis vero custodia. Quare patet ad hos fines vniuscuiusque mores et comoda et que legibus constituta sunt: esse diuidenda. Si quidem ad hos referentes eligunt. Ceteris quoniam non solum rationibus: sed etiam oratione affecta et morata fidem facimus: ediscimus enim eo facilius: quo qualis quidam orator videtur: id est si vir bonus: si benuolus: aut utrique: non oportet ciuitatum mores ignorare. Probantur enim vniuscuiusque mores: si ad ciuitatis mores accommodantur. Si autem reperientur ex eisdem. Ex voluntate enim ac electione mores apperiuntur: voluntas vero